



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 5. Misericordiam & liberalitatem misericordia & liberalitate compensari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

S. Hiero-  
nym. ep.  
36.

fratrem suum odit, homicida est. Nam vestrum est iudicare, utrūm homicida, antè, quàm pœnitentiam agat, præsumere debet Eucharistiam accipere. Similia scribit S. Hieronymus ad Castorinam, & D. Gregorius in Iob. Quorum ille ait: *Quid agemus nos in die iudicij, super quorum iram non unius diei, sed tantorum annorum sol testis occubuit? Dominus loquitur in Evangelio: Si offers munus tuum ad altare, ibiq; recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, reconciliari prius fratri tuo, & sic offeres munus tuum ad altare.* At S. Gregorius ait: *Contra institutionem postulationis, conditionem posuit pietatis, dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; ut profecto bonum, quod à Deo compuncti petimus hoc primum, cum proximo conuersi faciamus.*

S Greg.  
l. 10. Mo-  
ral. c. 18.  
Matth. 5.  
23.

§. V.

*Misericordiam & liberalitatem misericordiæ & liberalitate compensari.*

Ad misericordiæ talionem particulatim pertinet illa quoq; promissio: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quamquam & hoc de omni misericordiæ genere potest intelligi, teste D. Hieronymo

nymo & Theophylacto. Cùm enim æquif-  
 simum sit, vt misericordiam exhibeant mi-  
 sericordiam consecuti, vt dicitur alibi: *Ser-*  
*ue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam*  
*rogasti me; nonne ergo oportuit & te misereri*  
*conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Chri-  
 stus autem pronuntiãrit, *quod uni ex mi-*  
*nimis meis fecistis, mihi fecistis*, meritò idem  
 Dominus, in suis, misericordiam consecu-  
 tus, vicissim miseretur eorundem, quos in  
 suis expertus est fuisse misericordes. S. Gre-  
 gorius Nyssenus tamen, Augustinus & Leo  
 recitatam sententiam propriè de eleemosy-  
 na intelligunt, quia *qui miseretur pauperis,*  
*beatuserit*, vt est in Prouerbijs. Et, *Beatus*  
*uir, qui intelligit super egenum & pauperem,*  
*in die mala liberabit eum Dominus.* Sed utiq;  
 misericordia latius se extendit, quàm ad e-  
 leemosynas; & misericordiam meretur,  
 quisquis misericors fuit, & fit miser. Quia,  
 vt vel Sophocles dixit, ἡ χάρις χάριν φέρει,  
*gratia gratiam affert.* Et alibi ipse Christus:  
*Date, & dabitur vobis.* Cui aliqua ex parte  
 respondent illa Hesiodi:

*Æquum, ut ametur amans: qui acce-*  
*dit, inngitur illi.*

*Da sibi qui dederit: qui non dederit tibi,*  
*ne da.*

C 3

Danti

Matth. 23  
 28.  
 Matth. 25  
 40.

S. Greg.  
 Nyss. lib.  
 de beat.  
 Augustina  
 lib. 1 de  
 ser. Do-  
 mini in  
 monte,  
 Leo homi  
 de om-  
 nib. SS.  
 Prou, 14.  
 21.  
 Psal. 40.  
 Sophocl.  
 in Oedi-  
 po Colo-  
 neo.  
 Luc. 6. 38  
 Hesiod. in  
 l. Georg.

*Danti aliquis dedit, at non danti non dedit  
vllus.*

Quibus significatur beneficium beneficio in-  
uitari, & officium officio procurari. Quam-  
quam duo posteriores versiculi, si rectè con-  
siderentur, & falsitatem continent, & in-  
humanitatem. Falsum est enim illud; *non  
danti non dedit vllus*: inhumanum; *qui non  
dederit tibi, ne da*. Primus certè aliquis dare  
debit ei, qui non dederat, alioquin in infi-  
nitum esset eundem. Porrò fidelis est Deus,  
ita misere misere, & ita dat danti,  
vt numquam fallat. Igitur quicumque do-  
na vult aliqua, habet artem ea impetrandi:  
*Date, & dabitur*. Sunt duo quasi fratres vte-  
rini, *Date & Dabitur*, vnus ab altero non  
potest separari. Si è domo tua eijciatur vnus,  
qui est *Date*, eijciatur & alter, qui est *Dabi-  
tur*. Noli ergo separare, quos Deus coniun-  
xit. Qua fronte audes à Deo petere, si ipse  
petenti Deo negas? *Date & dabitur*. habes  
promissionem. Ita fidelis est, vt non fallat,  
ita liberalis, vt plus det. Pro haustu aquæ  
frigidæ, mercedem; pro eleemosyna *thesau-  
rum in celo* promittit, & reddit. Non sic  
reddunt talionem principes terræ. *Diony-  
sius*, teste Aristotele, *citharædum accersuerat,*  
vt

Lu6. 6.  
38.

Matth. 10.

42.  
Matth. 19.

21.  
Aristot.

l. 9. Mor.

ut sibi caneret in nuptiis: atq; cum eo his pa-  
ctus est legibus, ut quò doctius meliusq; caneret,  
hoc copiosorem ferret mercedem. Annixus est  
omni artificio citharædus, uti quam scitissimè ca-  
neret, sperans amplissimum præmium. At po-  
stridie pactam mercedem reposcenti musico, qui  
conduxerat, ait, iam persoluisse sese, quod esset  
pollicitus: nempe par pari retulisse, proq; volu-  
ptate reposuisse voluptatem, spem lucri signifi-  
cans: quæ quidem hoc maior fuerat, quò magis  
ex arte cantasset. Verùm eo loco negat Phi-  
losophus par pari relatum; propterea, quòd  
alter id, quòd volebat accepit: alter eo, quòd  
expetebat, frustratus est. Nimirum ex mun-  
di Genio faciebat Dionysius.

§. VI.

*S. Catharina Senensis liberalitas liberalitate  
Christi compensata.*

Aliter facit Christus, cui dari, quòd pau-  
peri datur, expertus est D. Martinus, vidit  
enim eum chamydis suæ, qua pauperem te-  
xerat parte vestitum, ad Angelorum cir-  
cumstantium multitudinè dicentem: *Mar-  
tinus adhuc catechumenus hac me veste conte-  
xit.* Theophanius Comes pauperum ama-  
tor & susceptor à Christo audiuit: *Ceteris  
diebus me in membris meis, hesternò autem die  
me in*

Seuer.  
Sulpit. de  
vit. S.  
Martini  
c. 2.

S. Greg.  
hom. 56.  
in Euang.